

Latina vero signis distinctivis distincta sunt Deut. V. v. 4. & 5. פנים בפנים דבר יהוה עמכם בהר מתיך האש; אנכי עמד בקן - יהוה וכיניכם בעת ההוא להגיד לכם את דבר יהוה כי יראתם לפני האש ולא עליהם בהר לאמר: *Facie ad faciem locutus est Dominus vobiscum, in monte ex igne, (Ego stabam inter Dominum & inter vos illo tempore, ut indicarem vobis verbum Domini, timuistis enim ignem, & non adscendistis in montem) his verbis: Ego sum Dominus Deus Tuus, qui te eduxi ex terra Ægypti, ex domo Servorum.* Hæc omnia uno puncto absolvuntur, colo, quibusdam commatibus & Parenthesi distincta. Sed accentuum Auctor illa in tres versiculos divisit, quorum primus in **האש** igne, secundus in **לאמר** his verbis: tertius in **עבדים** servorum desinit. Nullum in hebræo textu Parentheseos signum constitutum est, sed hoc ex sensu est locandum, uti Gen. XIII. 10. Patet itaque, qua veritate vulgo dicatur, vocem parenthesi clausam nullum majorem accentum antecedere, hoc enim loco — & — præcedere nulli lectorum obscurum est. Hunc sensum observavit acutus ille Judæorum Interpres Aben Esra, Sequentia in Commentario suo huic loco adjiciens. ומלת לאמר דבקה עם דבר יי' עמכם בהר שתוך האש לאמר ויתכן להיות פירוש אנכי עומד בקן יי' אחר מעמד הר סיני והטעם שהוא דבר עמכם פנים בפנים ומאותו היום הייתי אני עומד בקן יי' וכיניכם כי יראתם כאשר יפרש: ולא עליהם, בהר כאשר עליתי אני ומשה נגש אל הערפל ואל תשים אל לבך בעבור היות מלת לאמר רחוקה כי כן רבים והמדבר לא הפסיק הפסוקים ולא הפרשיות גם אל תשית לב אל הגלות כי הם כגופות והטעמים כרוחות והכורת בשני כלים זה כמו זה: *Quæ hoc sensu interpretor: Et vox לאמר his verbis, coheret cum illis, locutus est Dominus vobiscum in monte ex igne dicendo: Et videtur mihi, quod verba: ego stans inter Dominum, ita explicanda sint, ego stabam post montem Sinai. Et sensus verborum: locutus est vobiscum à facie ad faciem, talis est: illo die ego steti inter Dominum & inter vos, quia timuistis, ut in sequentibus legitur. Non adscendistis scil. in montem, quorsum ego adscendi, Moles enim appropinquavit ad caliginem Exod. XX. 21. Nec cures, quod vox לאמר longe distet à reliquis verbis; Multa enim similia in scriptura reperiuntur. Loquens enim non distinxit versus, neque sectiones legis. Neque multum cures verba; verba enim sunt corpus, sensus vero est Spiritus, & qui secat alterutro cultrorum æqualium, vere sectionem peragit. h. e. Sive quis verbis, sive sensu aliquid doceat, perinde est, & vere docet. Ex quibus perspicue cognoscimus, quod Aben Esra eandem nobiscum teneat sententiam. Si plura ejusmodi exempla desideras, evolve Cap. X, v. 15. 16. 17. 18. Gen. & videbis, quod ibi una periodus per quatuor versus continuetur. Quamvis vero accentus Latinorum distinctionibus non respondeant, egregium tamen usum distinctionibus suis comprobant. Dum enim accentus membratim dicere docent, singulasque voces vel elevandas vel supprimendas,*